Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Epyphania domini

Nuper cum audiuimus de xpi generacione
Cum audiamus de magorum oblacione
Eodem die cum xpus esset in iudea natus
Ortus eius tribus magis in oriente est nuntiatus
Videbant namque stellam nouam in qua puer apebat
Sicut cum eius crux aurea splendebat
Audierunt autem quidam dicentem sibi
Ite in iudeam et regem natum inuenietis ibi.
Tres ergo isti festinant in iudeam properabant
Et regi celi nato sua munera offerebant
Et tres magi pteres robustos significati sunt
Qui ui regi dauid de cisterna aquam bethleem attulerunt
Isti quoque robustorum uirtute et audacia multum commendantur
Sicut magorum uenta et oblacio valde apbat
Tres robusti gratium innumerorum non timuerunt
Sed uiriliter castra eorum transientes aquam hauserunt
Sicut tres magi potentiam herodis regis non formidauerunt
Sed audacter iudeam intrantes de nouo rege interrogauerunt
Caspar melchior baltasar nomina sunt magorum
Ab ysaye zoboka banania nomina robustorum
Tres robusti peruenerunt bethleem per aquam cisterne
Tres reges magi uenerunt bethleem per aquam gree cine
Tres robusti hauserunt aqui de cisterna terrestri
Tres magi susceperunt de puteo celesti
Significatur quod in bethleemita cisterna
Qui in bethleem nasciturus erat celestis puteus